

Т. Г. Давыдов. Проблема отражения на письме глухих плавных в греческом и латинском языках

Cic. orat. 160–161 (Westman 1980/2002): consule veritatem: reprehendet; refer ad auris: probabunt; quaere cur ita sit; dicent iuvare; voluptati autem aurium morigerari debet oratio. quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic ut ‘**pulcros, Cetegos, triump[h]os, Cartaginem**’ dicerem; aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. ‘**Orcivios**’ tamen et ‘**Matones, Otones, Caepiones, sepulcra, coronas, lacrimas**’ dicimus, quia per aurium iudicium licet. ‘**Burrum**’ semper Ennius, nunquam ‘**Pyrrhum**’; ‘Vi patefecerunt **Bruges**’, non ‘**Phryges**’: ipsius antiqui declarant libri. nec enim Graecam litteram adhibebant — nunc autem etiam duas—et cum ‘**Phrygum**’ et ‘**Phrygibus**’ dicendum esset, absurdum erat aut <e>t<i>am in barbaris casibus Graecam litteram adhibere aut recto casu solum Graece loqui; tamen et ‘**Phryges**’ et ‘**Pyrrhum**’ aurium causa dicimus.

Seru. georg. I 277: PALLIDVS ORCVS <...> Probus ‘Orchus’ legit, Cornutus vetat aspirationem addendam.

Seru. Aen. VI 4: ANCHORA ut supra diximus, in Graeco aspirationem non habet, nam ἄγκυρα dicitur: unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur. contra ‘thus’ et ‘orchus’ veteres dicebant et ‘lurcho’, id est vorax, quibus sequens aetas detraxit aspirationem.

Seru. Aen. III 223: REBOANT resultant, remugint. est autem graecum verbum; nam apud Latinos nullum verbum est, quod ante ‘o’ finalem ‘o’ habeat, excepto ‘inchoo’, quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, et dicebant ‘incohō’ tria enim tantum habebant nomina, in quibus ‘c’ litteram sequeretur aspiratio ‘sepulchrum’ ‘Orchus’ ‘pulcher’, e quibus ‘pulcher’ tantum hodie recipit aspirationem.

Naeu. 64 (ap. Gell. I 24): epitaphium Naevii

Inmortales mortales si foret fas flere,
Flerent divae Camenae Naevium poetam.
itaque postquam est **Orchi** traditus thesauro,
obliti sunt Romae loquier lingua Latina.

pulcher (c 650 a. V. c. = 103 г. до н. э.)

ϙϙ — Ατθίς, Σαπφώ, Βάκχος

Allen: φϙ = /pr/ θϙ = /tr/ χϙ = /kr/